

Apocalypsis Ionannis

1:1 apocalypsis Iesu Christi quam dedit illi Deus palam facere seruis suis quae oportet fieri cito et significauit mittens per angelum suum seruo suo Iohanni 1:2 qui testimonium perhibuit uerbo Dei et testimonium Iesu Christi quaecumque uidit 1:3 beatus qui legit et qui audiunt uerba prophetiae et seruant ea quae in ea scripta sunt tempus enim prope est 1:4 Iohannes septem ecclesiis quae sunt in Asia gratia uobis et pax ab eo qui est et qui erat et qui uenturus est et a septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt 1:5 et ab Iesu Christo qui est testis fidelis primogenitus mortuorum et princeps regum terrae qui dilexit nos et lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo 1:6 et fecit nostrum regnum sacerdotes Deo et Patri suo ipsi gloria et imperium in saecula saeculorum amen 1:7 ecce uenit cum nubibus et uidebit eum omnis oculus et qui eum pupugerunt et plangent se super eum omnes tribus terrae etiam amen 1:8 ego sum Alpha et Omega principium et finis dicit Dominus Deus qui est et qui erat et qui uenturus est Omnipotens 1:9 ego Iohannes frater uester et particeps in tribulatione et regno et patientia in Iesu fui in insula quae appellatur Patmos propter uerbum Dei et testimonium Iesu 1:10 fui in spiritu in dominica die et audiui post me uocem magnam tamquam tubae 1:11 dicentis quod uides scribe in libro et mitte septem ecclesiis Ephesum et Zmyrnam et Pergamum et Thyatiram et Sardis et Philadelphiam et Laodiciam 1:12 et conuersus sum ut uiderem uocem quae loquebatur mecum et conuersus uidi septem candelabra aurea 1:13 et in medio septem candelabrorum similem Filio hominis uestitum podere et praecinctum ad mamillas zonam auream 1:14 caput autem eius et capilli erant candidi tamquam lana alba tamquam nix et oculi eius uelut flamma ignis 1:15 et pedes eius similes orichalco sicut in camino ardenti et uox illius tamquam uox aquarum multarum 1:16 et habebat in dextera sua stellas

1:1 The Revelation of Jesus Christ, which God gave unto him, to shew unto his servants things which must shortly come to pass; and he sent and signified it by his angel unto his servant John:

1:2 Who bare record of the word of God, and of the testimony of Jesus Christ, and of all things that he saw.

1:3 Blessed is he that readeth, and they that hear the words of this prophecy, and keep those things which are written therein: for the time is at hand.

1:4 John to the seven churches which are in Asia: Grace be unto you, and peace, from him which is, and which was, and which is to come; and from the seven Spirits which are before his throne;

1:5 And from Jesus Christ, who is the faithful witness, and the first begotten of the dead, and the prince of the kings of the earth. Unto him that loved us, and washed us from our sins in his own blood,

1:6 And hath made us kings and priests unto God and his Father; to him be glory and dominion for ever and ever. Amen.

1:7 Behold, he cometh with clouds; and every eye shall see him, and they also which pierced him: and all kindreds of the earth shall wail because of him. Even so, Amen.

1:8 I am Alpha and Omega, the beginning and the ending, saith the Lord, which is, and which was, and which is to come, the Almighty.

1:9 I John, who also am your brother, and companion in tribulation, and in the kingdom and patience of Jesus Christ, was in the isle that is called Patmos, for the word of God, and for the testimony of Jesus Christ.

1:10 I was in the Spirit on the Lord's day, and heard behind me a great voice, as of a trumpet,

1:11 Saying, I am Alpha and Omega, the first and the last; and, What thou seest, write in a book, and send it unto the seven churches which are in Asia; unto Ephesus, and unto Smyrna, and unto Pergamos, and unto Thyatira, and unto Sardis, and unto Philadelphia, and unto Laodicea.

1:12 And I turned to see the voice that spake with me. And being turned, I saw seven golden candlesticks;

1:13 And in the midst of the seven candlesticks one like unto the Son of man, clothed with a garment down to the foot, and girt about the paps with a golden girdle.

1:14 His head and his hairs were white like wool, as white as snow; and his eyes were as a flame of fire;

1:15 And his feet like unto fine brass, as if they burned in a furnace; and his voice as the sound of many waters.

1:16 And he had in his right hand seven stars: and out of his mouth went a sharp twoedged sword: and his countenance was as the sun shineth in his strength.

Biblia Sacra Vulgata

1:17 And when I saw him, I fell at his feet as dead. And he laid his right hand upon me, saying unto me, Fear not; I am the first and the last:

1:18 I am he that liveth, and was dead; and, behold, I am alive for evermore, Amen; and have the keys of hell and of death.

1:19 Write the things which thou hast seen, and the things which are, and the things which shall be hereafter;

1:20 The mystery of the seven stars which thou sawest in my right hand, and the seven golden candlesticks. The seven stars are the angels of the seven churches: and the seven candlesticks which thou sawest are the seven churches.

2:1 Unto the angel of the church of Ephesus write; These things saith he that holdeth the seven stars in his right hand, who walketh in the midst of the seven golden candlesticks;

2:2 I know thy works, and thy labour, and thy patience, and how thou canst not bear them which are evil: and thou hast tried them which say they are apostles, and are not, and hast found them liars:

2:3 And hast borne, and hast patience, and for my name's sake hast laboured, and hast not fainted.

2:4 Nevertheless I have somewhat against thee, because thou hast left thy first love.

2:5 Remember therefore from whence thou art fallen, and repent, and do the first works; or else I will come unto thee quickly, and will remove thy candlestick out of his place, except thou repent.

2:6 But this thou hast, that thou hatest the deeds of the Nicolaitanes, which I also hate.

2:7 He that hath an ear, let him hear what the Spirit saith unto the churches; To him that overcometh will I give to eat of the tree of life, which is in the midst of the paradise of God.

2:8 And unto the angel of the church in Smyrna write; These things saith the first and the last, which was dead, and is alive;

2:9 I know thy works, and tribulation, and poverty, (but thou art rich) and I know the blasphemy of them which say they are Jews, and are not, but are the synagogue of Satan.

2:10 Fear none of those things which thou shalt suffer: behold, the devil shall cast some of you into prison, that ye may be tried; and ye shall have tribulation ten days: be thou faithful unto death, and I will give thee a crown of life.

2:11 He that hath an ear, let him hear what the Spirit saith unto the churches; He that overcometh shall not be hurt of the second death.

septem et de ore eius gladius utraque parte acutus exiebat et facies eius sicut sol lucet in uirtute sua 1:17 et cum uidissem eum cecidi ad pedes eius tamquam mortuus et posuit dexteram suam super me dicens noli timere ego sum primus et nouissimus 1:18 et uiuus et fui mortuus et ecce sum uiuens in saecula saeculorum et habeo claues mortis et inferni 1:19 scribe ergo quae uidisti et quae sunt et quae oportet fieri post haec 1:20 sacramentum septem stellarum quas uidisti in dextera mea et septem candelabra aurea septem stellae angeli sunt septem ecclesiarum et candelabra septem septem ecclesiae sunt

2:1 angelo Ephesi ecclesiae scribe haec dicit qui tenet septem stellas in dextera sua qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum 2:2 scio opera tua et laborem et patientiam tuam et quia non potes sustinere malos et temptasti eos qui se dicunt apostolos et non sunt et inuenisti eos mendaces 2:3 et patientiam habes et sustinuisti propter nomen meum et non defecisti 2:4 sed habeo aduersus te quod caritatem tuam primam reliquisti 2:5 memor esto itaque unde excideris et age paenitentiam et prima opera fac sin autem uenio tibi et mouebo candelabrum tuum de loco suo nisi paenitentiam egeris 2:6 sed hoc habes quia odisti facta Nicolaitarum quae et ego odi 2:7 qui habet aurem audiat quid Spiritus dicat ecclesiis uincenti dabo ei edere de ligno uitae quod est in paradiso Dei mei 2:8 et angelo Zmyrnae ecclesiae scribe haec dicit primus et nouissimus qui fuit mortuus et uiuit 2:9 scio tribulationem tuam et paupertatem tuam sed diues es et blasphemaris ab his qui se dicunt Iudaeos esse et non sunt sed sunt synagoga Satanae 2:10 nihil horum timeas quae passurus es ecce missurus est diabolus ex uobis in carcerem ut temptemini et habebitis tribulationem diebus decem esto fidelis usque ad mortem et dabo tibi coronam uitae 2:11 qui habet aurem audiat quid Spiritus dicat

Apocalypsis Ionannis

ecclesiis qui uicerit non laedetur a morte secunda 2:12 et angelo Pergami ecclesiae scribe haec dicit qui habet rompheam utraque parte acutam 2:13 scio ubi habitas ubi sedes est Satanae et tenes nomen meum et non negasti fidem meam et in diebus Antipas testis meus fidelis qui occisus est apud uos ubi Satanus habitat 2:14 sed habeo aduersus te pauca quia habes illic tenentes doctrinam Balaam qui docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israhel edere et fornicari 2:15 ita habes et tu tenentes doctrinam Nicolaitarum 2:16 similiter paenitentiam age si quo minus uenio tibi cito et pugnabo cum illis in gladio oris mei 2:17 qui habet aurem audiat quid Spiritus dicat ecclesiis uincenti dabo ei manna absconditum et dabo illi calculum candidum et in calculo nomen nouum scriptum quod nemo scit nisi qui accipit 2:18 et angelo Thyatirae ecclesiae scribe haec dicit Filius Dei qui habet oculos ut flammam ignis et pedes eius similes orichalco 2:19 noui opera tua et caritatem et fidem et ministerium et patientiam tuam et opera tua nouissima plura prioribus 2:20 sed habeo aduersus te quia permittis mulierem Hiezabel quae se dicit propheten docere et seducere seruos meos fornicari et manducare de idolothytis 2:21 et dedi illi tempus ut paenitentiam ageret et non uult paeniteri a fornicatione sua 2:22 ecce mitto eam in lectum et qui moechantur cum ea in tribulationem maximam nisi paenitentiam egerint ab operibus eius 2:23 et filios eius interficiam in morte et scient omnes ecclesiae quia ego sum scrutans renes et corda et dabo unicuique uestrum secundum opera uestra 2:24 uobis autem dico ceteris qui Thyatirae estis quicumque non habent doctrinam hanc qui non cognouerunt altitudines Satanae quemadmodum dicunt non mittam super uos aliud pondus 2:25 tamen id quod habetis tenete donec ueniam 2:26 et qui uicerit et qui custodierit usque in finem opera mea dabo illi potestatem super gentes 2:27 et reget illas in uirga

2:12 And to the angel of the church in Pergamos write: These things saith he which hath the sharp sword with two edges;

2:13 I know thy works, and where thou dwellest, even where Satan's seat is: and thou holdest fast my name, and hast not denied my faith, even in those days wherein Antipas was my faithful martyr, who was slain among you, where Satan dwelleth.

2:14 But I have a few things against thee, because thou hast there them that hold the doctrine of Balaam, who taught Balac to cast a stumblingblock before the children of Israel, to eat things sacrificed unto idols, and to commit fornication.

2:15 So hast thou also them that hold the doctrine of the Nicolaitanes, which thing I hate.

2:16 Repent; or else I will come unto thee quickly, and will fight against them with the sword of my mouth.

2:17 He that hath an ear, let him hear what the Spirit saith unto the churches; To him that overcometh will I give to eat of the hidden manna, and will give him a white stone, and in the stone a new name written, which no man knoweth saving he that receiveth it.

2:18 And unto the angel of the church in Thyatira write: These things saith the Son of God, who hath his eyes like unto a flame of fire, and his feet are like fine brass;

2:19 I know thy works, and charity, and service, and faith, and thy patience, and thy works; and the last to be more than the first.

2:20 Notwithstanding I have a few things against thee, because thou sufferest that woman Jezebel, which calleth herself a prophetess, to teach and to seduce my servants to commit fornication, and to eat things sacrificed unto idols.

2:21 And I gave her space to repent of her fornication; and she repented not.

2:22 Behold, I will cast her into a bed, and them that commit adultery with her into great tribulation, except they repent of their deeds.

2:23 And I will kill her children with death; and all the churches shall know that I am he which searcheth the reins and hearts: and I will give unto every one of you according to your works.

2:24 But unto you I say, and unto the rest in Thyatira, as many as have not this doctrine, and which have not known the depths of Satan, as they speak; I will put upon you none other burden.

2:25 But that which ye have already hold fast till I come.

2:26 And he that overcometh, and keepeth my works unto the end, to him will I give power over the nations:

2:27 And he shall rule them with a rod of iron; as the vessels of a potter shall they be broken to shivers: even as I received of my Father.

Biblia Sacra Vulgata

2:28 And I will give him the morning star.

2:29 He that hath an ear, let him hear what the Spirit saith unto the churches.

3:1 And unto the angel of the church in Sardis write; These things saith he that hath the seven Spirits of God, and the seven stars; I know thy works, that thou hast a name that thou livest, and art dead.

3:2 Be watchful, and strengthen the things which remain, that are ready to die: for I have not found thy works perfect before God.

3:3 Remember therefore how thou hast received and heard, and hold fast, and repent. If therefore thou shalt not watch, I will come on thee as a thief, and thou shalt not know what hour I will come upon thee.

3:4 Thou hast a few names even in Sardis which have not defiled their garments; and they shall walk with me in white: for they are worthy.

3:5 He that overcometh, the same shall be clothed in white raiment; and I will not blot out his name out of the book of life, but I will confess his name before my Father, and before his angels.

3:6 He that hath an ear, let him hear what the Spirit saith unto the churches.

3:7 And to the angel of the church in Philadelphia write; These things saith he that is holy, he that is true, he that hath the key of David, he that openeth, and no man shutteth; and shutteth, and no man openeth;

3:8 I know thy works: behold, I have set before thee an open door, and no man can shut it: for thou hast a little strength, and hast kept my word, and hast not denied my name.

3:9 Behold, I will make them of the synagogue of Satan, which say they are Jews, and are not, but do lie; behold, I will make them to come and worship before thy feet, and to know that I have loved thee.

3:10 Because thou hast kept the word of my patience, I also will keep thee from the hour of temptation, which shall come upon all the world, to try them that dwell upon the earth.

3:11 Behold, I come quickly: hold that fast which thou hast, that no man take thy crown.

3:12 Him that overcometh will I make a pillar in the temple of my God, and he shall go no more out: and I will write upon him the name of my God, and the name of the city of my God, which is new Jerusalem, which cometh down out of heaven from my God: and I will write upon him my new name.

3:13 He that hath an ear, let him hear what the Spirit saith unto the churches.

3:14 And unto the angel of the church of the Laodiceans write; These things saith the Amen, the faithful and true witness, the beginning of the creation of God;

ferrea tamquam uas figuli confringentur 2:28 sicut et ego
accepi a Patre meo et dabo illi stellam matutinam 2:29 qui
habet aurem audiat quid Spiritus dicat ecclesiis

3:1 et angelo ecclesiae Sardis scribe haec dicit qui habet
septem spiritus Dei et septem stellas scio opera tua quia no-
men habes quod uiuas et mortuus es 3:2 esto uigilans et
confirma cetera quae moritura erant non enim inuenio opera
tua plena coram Deo meo 3:3 in mente ergo habe qualiter
acceperis et audieris et serua et paenitentiam age si ergo non
uigilaueris ueniam tamquam fur et nescies qua hora ueniam
ad te 3:4 sed habes pauca nomina in Sardis qui non iniqui-
nauerunt uestimenta sua et ambulabunt mecum in albis quia
digni sunt 3:5 qui uicerit sic uestietur uestimentis albis et
non delebo nomen eius de libro uitae et confitebor nomen
eius coram Patre meo et coram angelis eius 3:6 qui habet
aurem audiat quid Spiritus dicat ecclesiis 3:7 et angelo Phi-
ladelphiae ecclesiae scribe haec dicit sanctus et uerus qui ha-
bet clauem Dauid qui aperit et nemo cludit et cludit et nemo
aperit 3:8 scio opera tua ecce dedi coram te ostium aper-
tum quod nemo potest cludere quia modicam habes uirtutem
et seruasti uerbum meum et non negasti nomen meum 3:9
ecce dabo de synagoga Satanae qui dicunt se Iudaeos esse et
non sunt sed mentiuntur ecce faciam illos ut ueniant et ad-
orent ante pedes tuos et scient quia ego dilexi te 3:10 quo-
niam seruasti uerbum patientiae meae et ego te seruabo ab
hora temptationis quae uentura est in orbem uniuersum tem-
ptare habitantes in terra 3:11 uenio cito tene quod habes ut
nemo accipiat coronam tuam 3:12 qui uicerit faciam illum
columnam in templo Dei mei et foras non egredietur amplius
et scribam super eum nomen Dei mei et nomen ciuitatis Dei
mei nouae Hierusalem quae descendit de caelo a Deo meo
et nomen meum nouum 3:13 qui habet aurem audiat quid
Spiritus dicat ecclesiis 3:14 et angelo Laodiciae ecclesiae

Apocalypsis Ionannis

scribe haec dicit Amen testis fidelis et uerus qui est principium creaturae Dei 3:15 scio opera tua quia neque frigidus es neque calidus utinam frigidus esses aut calidus 3:16 sed quia tepidus es et nec frigidus nec calidus incipiam te euomere ex ore meo 3:17 quia dicis quod diues sum et locupletatus et nullius egeo et nescis quia tu es miser et miserabilis et pauper et caecus et nudus 3:18 suadeo tibi emere a me aurum ignitum probatum ut locuples fias et uestimentis albis induaris et non appareat confusio nuditatis tuae et collyrio inungue oculos tuos ut uideas 3:19 ego quos amo arguo et castigo aemulare ergo et paenitentiam age 3:20 ecce sto ad ostium et pulso si quis audierit uocem meam et aperuerit ianuam introibo ad illum et cenabo cum illo et ipse mecum 3:21 qui uicerit dabo ei sedere mecum in throno meo sicut et ego uici et sedi cum Patre meo in throno eius 3:22 qui habet aurem audiat quid Spiritus dicat ecclesiis

4:1 post haec uidi et ecce ostium apertum in caelo et uox prima quam audiui tamquam tubae loquentis mecum dicens ascende huc et ostendam tibi quae oportet fieri post haec 4:2 statim fui in spiritu et ecce sedis posita erat in caelo et supra sedem sedens 4:3 et qui sedebat similis erat aspectui lapidis iaspidis et sardini et iris erat in circuitu sedis similis uisioni zmaragdinae 4:4 et in circuitu sedis sedilia uiginti quattuor et super thronos uiginti quattuor seniores sedentes circumamictos uestimentis albis et in capitibus eorum coronas aureas 4:5 et de throno procedunt fulgura et uoces et tonitrua et septem lampades ardentes ante thronum quae sunt septem spiritus Dei 4:6 et in conspectu sedis tamquam mare uitreum simile cristallo et in medio sedis et in circuitu sedis quattuor animalia plena oculis ante et retro 4:7 et animal primum simile leoni et secundum animal simile uitulo et tertium animal habens faciem quasi hominis et quartum animal simile aquilae uolanti 4:8 et quattuor animalia singula

3:15 I know thy works, that thou art neither cold nor hot: I would thou wert cold or hot.

3:16 So then because thou art lukewarm, and neither cold nor hot, I will spue thee out of my mouth.

3:17 Because thou sayest, I am rich, and increased with goods, and have need of nothing; and knowest not that thou art wretched, and miserable, and poor, and blind, and naked:

3:18 I counsel thee to buy of me gold tried in the fire, that thou mayest be rich; and white raiment, that thou mayest be clothed, and that the shame of thy nakedness do not appear; and anoint thine eyes with eyesalve, that thou mayest see.

3:19 As many as I love, I rebuke and chasten: be zealous therefore, and repent.

3:20 Behold, I stand at the door, and knock: if any man hear my voice, and open the door, I will come in to him, and will sup with him, and he with me.

3:21 To him that overcometh will I grant to sit with me in my throne, even as I also overcame, and am set down with my Father in his throne.

3:22 He that hath an ear, let him hear what the Spirit saith unto the churches.

4:1 After this I looked, and, behold, a door was opened in heaven: and the first voice which I heard was as it were of a trumpet talking with me; which said, Come up hither, and I will shew thee things which must be hereafter.

4:2 And immediately I was in the spirit: and, behold, a throne was set in heaven, and one sat on the throne.

4:3 And he that sat was to look upon like a jasper and a sardine stone: and there was a rainbow round about the throne, in sight like unto an emerald.

4:4 And round about the throne were four and twenty seats: and upon the seats I saw four and twenty elders sitting, clothed in white raiment; and they had on their heads crowns of gold.

4:5 And out of the throne proceeded lightnings and thunders and voices: and there were seven lamps of fire burning before the throne, which are the seven Spirits of God.

4:6 And before the throne there was a sea of glass like unto crystal: and in the midst of the throne, and round about the throne, were four beasts full of eyes before and behind.

4:7 And the first beast was like a lion, and the second beast like a calf, and the third beast had a face as a man, and the fourth beast was like a flying eagle.

4:8 And the four beasts had each of them six wings about him: and they were full of eyes within: and they rest not day and night, saying, Holy, holy, holy, LORD God Almighty, which was, and is, and is to come.

Biblia Sacra Vulgata

eorum habebant alas senas et in circuitu et intus plena sunt oculis et requiem non habent die et nocte dicentia sanctus sanctus sanctus Dominus Deus omnipotens qui erat et qui est et qui uenturus est 4:9 et cum darent illa animalia gloriam et honorem et benedictionem sedenti super thronum uiuenti in saecula saeculorum 4:10 procident uiginti quattuor seniores ante sedentem in throno et adorabunt uiuentem in saecula saeculorum et mittent coronas suas ante thronum dicentes 4:11 dignus es Domine et Deus noster accipere gloriam et honorem et uirtutem quia tu creasti omnia et propter uoluntatem tuam erant et creata sunt

4:9 And when those beasts give glory and honour and thanks to him that sat on the throne, who liveth for ever and ever,

4:10 The four and twenty elders fall down before him that sat on the throne, and worship him that liveth for ever and ever, and cast their crowns before the throne, saying,

4:11 Thou art worthy, O Lord, to receive glory and honour and power: for thou hast created all things, and for thy pleasure they are and were created.

5:1 And I saw in the right hand of him that sat on the throne a book written within and on the backside, sealed with seven seals.

5:2 And I saw a strong angel proclaiming with a loud voice, Who is worthy to open the book, and to loose the seals thereof?

5:3 And no man in heaven, nor in earth, neither under the earth, was able to open the book, neither to look thereon.

5:4 And I wept much, because no man was found worthy to open and to read the book, neither to look thereon.

5:5 And one of the elders saith unto me, Weep not: behold, the Lion of the tribe of Juda, the Root of David, hath prevailed to open the book, and to loose the seven seals thereof.

5:6 And I beheld, and, lo, in the midst of the throne and of the four beasts, and in the midst of the elders, stood a Lamb as it had been slain, having seven horns and seven eyes, which are the seven Spirits of God sent forth into all the earth.

5:7 And he came and took the book out of the right hand of him that sat upon the throne.

5:8 And when he had taken the book, the four beasts and four and twenty elders fell down before the Lamb, having every one of them harps, and golden vials full of odours, which are the prayers of saints.

5:9 And they sung a new song, saying, Thou art worthy to take the book, and to open the seals thereof: for thou wast slain, and hast redeemed us to God by thy blood out of every kindred, and tongue, and people, and nation;

5:10 And hast made us unto our God kings and priests: and we shall reign on the earth.

5:11 And I beheld, and I heard the voice of many angels round about the throne and the beasts and the elders: and the number of them was ten thousand times ten thousand, and thousands of thousands;

5:1 et uidi in dextera sedentis super thronum librum scriptum intus et foris signatum sigillis septem 5:2 et uidi angelum fortem praedicantem uoce magna quis est dignus aperire librum et soluere signacula eius 5:3 et nemo poterat in caelo neque in terra neque subtus terram aperire librum neque respicere illum 5:4 et ego flebam multum quoniam nemo dignus inuentus est aperire librum nec uidere eum 5:5 et unus de senioribus dicit mihi ne fleueris ecce uicit leo de tribu Iuda radix Dauid aperire librum et septem signacula eius 5:6 et uidi et ecce in medio throni et quattuor animalium et in medio seniorum agnum stantem tamquam occisum habentem cornua septem et oculos septem qui sunt spiritus Dei missi in omnem terram 5:7 et uenit et accepit de dextera sedentis de throno 5:8 et cum aperuisset librum quattuor animalia et uiginti quattuor seniores ceciderunt coram agno habentes singuli citharas et fialas aureas plenas odoramentorum quae sunt orationes sanctorum 5:9 et cantant nouum canticum dicentes dignus es accipere librum et aperire signacula eius quoniam occisus es et redeedisti nos Deo in sanguine tuo ex omni tribu et lingua et populo et natione 5:10 et fecisti eos Deo nostro regnum et sacerdotes et regnabunt super terram 5:11 et uidi et audiui uocem ange-

Apocalypsis Ionannis

lorum multorum in circuitu throni et animalium et seniorum et erat numerus eorum milia milium 5:12 dicentium uoce magna dignus est agnus qui occisus est accipere uirtutem et diuinitatem et sapientiam et fortitudinem et honorem et gloriam et benedictionem 5:13 et omnem creaturam quae in caelo est et super terram et sub terram et quae sunt in mari et quae in ea omnes audiui dicentes sedenti in throno et agno benedictio et honor et gloria et potestas in saecula saeculorum 5:14 et quattuor animalia dicebant amen et seniores ceciderunt et adorauerunt

5:12 Saying with a loud voice, Worthy is the Lamb that was slain to receive power, and riches, and wisdom, and strength, and honour, and glory, and blessing.

5:13 And every creature which is in heaven, and on the earth, and under the earth, and such as are in the sea, and all that are in them, heard I saying, Blessing, and honour, and glory, and power, be unto him that sitteth upon the throne, and unto the Lamb for ever and ever.

5:14 And the four beasts said, Amen. And the four and twenty elders fell down and worshipped him that liveth for ever and ever.

6:1 et uidi quod aperuisset agnus unum de septem sigillis et audiui unum de quattuor animalibus dicentem tamquam uocem tonitruui ueni 6:2 et uidi et ecce equus albus et qui sedebat super illum habebat arcum et data est ei corona et exiuit uincens ut uinceret 6:3 et cum aperuisset sigillum secundum audiui secundum animal dicens ueni 6:4 et exiuit alius equus rufus et qui sedebat super illum datum est ei ut sumeret pacem de terra et ut inuicem se interficiant et datus est illi gladius magnus 6:5 et cum aperuisset sigillum tertium audiui tertium animal dicens ueni et uidi et ecce equus niger et qui sedebat super eum habebat stateram in manu sua 6:6 et audiui tamquam uocem in medio quattuor animalium dicentem bilibris tritici denario et tres bilibres hordei denario et uinum et oleum ne laeseris 6:7 et cum aperuisset sigillum quartum audiui uocem quarti animalis dicentis ueni et uidi 6:8 et ecce equus pallidus et qui sedebat desuper nomen illi Mors et inferus sequebatur eum et data est illi potestas super quattuor partes terrae interficere gladio fame et morte et bestiis terrae 6:9 et cum aperuisset quintum sigillum uidi subtus altare animas interfectorum propter uerbum Dei et propter testimonium quod habebant 6:10 et clamabant uoce magna dicentes usquequo Domine sanctus et uerus non iudicas et uindicas sanguinem nostrum de his

6:1 And I saw when the Lamb opened one of the seals, and I heard, as it were the noise of thunder, one of the four beasts saying, Come and see.

6:2 And I saw, and behold a white horse; and he that sat on him had a bow; and a crown was given unto him: and he went forth conquering, and to conquer.

6:3 And when he had opened the second seal, I heard the second beast say, Come and see.

6:4 And there went out another horse that was red: and power was given to him that sat thereon to take peace from the earth, and that they should kill one another: and there was given unto him a great sword.

6:5 And when he had opened the third seal, I heard the third beast say, Come and see. And I beheld, and lo a black horse; and he that sat on him had a pair of balances in his hand.

6:6 And I heard a voice in the midst of the four beasts say, A measure of wheat for a penny, and three measures of barley for a penny; and see thou hurt not the oil and the wine.

6:7 And when he had opened the fourth seal, I heard the voice of the fourth beast say, Come and see.

6:8 And I looked, and behold a pale horse: and his name that sat on him was Death, and Hell followed with him. And power was given unto them over the fourth part of the earth, to kill with sword, and with hunger, and with death, and with the beasts of the earth.

6:9 And when he had opened the fifth seal, I saw under the altar the souls of them that were slain for the word of God, and for the testimony which they held:

6:10 And they cried with a loud voice, saying, How long, O Lord, holy and true, dost thou not judge and avenge our blood on them that dwell on the earth?

Biblia Sacra Vulgata

6:11 And white robes were given unto every one of them; and it was said unto them, that they should rest yet for a little season, until their fellowservants also and their brethren, that should be killed as they were, should be fulfilled.

6:12 And I beheld when he had opened the sixth seal, and, lo, there was a great earthquake; and the sun became black as sackcloth of hair, and the moon became as blood;

6:13 And the stars of heaven fell unto the earth, even as a fig tree casteth her untimely figs, when she is shaken of a mighty wind.

6:14 And the heaven departed as a scroll when it is rolled together; and every mountain and island were moved out of their places.

6:15 And the kings of the earth, and the great men, and the rich men, and the chief captains, and the mighty men, and every bondman, and every free man, hid themselves in the dens and in the rocks of the mountains;

6:16 And said to the mountains and rocks, Fall on us, and hide us from the face of him that sitteth on the throne, and from the wrath of the Lamb:

6:17 For the great day of his wrath is come; and who shall be able to stand?

7:1 And after these things I saw four angels standing on the four corners of the earth, holding the four winds of the earth, that the wind should not blow on the earth, nor on the sea, nor on any tree.

7:2 And I saw another angel ascending from the east, having the seal of the living God: and he cried with a loud voice to the four angels, to whom it was given to hurt the earth and the sea,

7:3 Saying, Hurt not the earth, neither the sea, nor the trees, till we have sealed the servants of our God in their foreheads.

7:4 And I heard the number of them which were sealed; and there were sealed an hundred and forty and four thousand of all the tribes of the children of Israel.

7:5 Of the tribe of Juda were sealed twelve thousand. Of the tribe of Reuben were sealed twelve thousand. Of the tribe of Gad were sealed twelve thousand.

7:6 Of the tribe of Aser were sealed twelve thousand. Of the tribe of Nephthalim were sealed twelve thousand. Of the tribe of Manasses were sealed twelve thousand.

7:7 Of the tribe of Simeon were sealed twelve thousand. Of the tribe of Levi were sealed twelve thousand. Of the tribe of Issachar were sealed twelve thousand.

7:8 Of the tribe of Zabulon were sealed twelve thousand. Of the tribe of Joseph were sealed twelve thousand. Of the tribe of Benjamin were sealed twelve thousand.

7:9 After this I beheld, and, lo, a great multitude, which no man could number, of all nations, and kindreds, and people, and tongues, stood before the throne, and before the Lamb, clothed with white robes, and palms in their hands;

qui habitant in terra 6:11 et datae sunt illis singulae stolae albae et dictum est illis ut requiescerent tempus adhuc modicum donec impleantur conserui eorum et fratres eorum qui interficiendi sunt sicut et illi 6:12 et uidi cum aperuisset sigillum sextum et terraemotus factus est magnus et sol factus est niger tamquam saccus cilicinus et luna tota facta est sicut sanguis 6:13 et stellae caeli ceciderunt super terram sicut ficus mittit grossos suos cum uento magno mouetur 6:14 et caelum recessit sicut liber inuolutus et omnis mons et insulae de locis suis motae sunt 6:15 et reges terrae et principes et tribuni et diuites et fortes et omnis seruus et liber absconderunt se in speluncis et petris montium 6:16 et dicunt montibus et petris cadite super nos et abscondite nos a facie sedentis super thronum et ab ira agni 6:17 quoniam uenit dies magnus irae ipsorum et quis poterit stare

7:1 post haec uidi quattuor angelos stantes super quattuor angulos terrae tenentes quattuor uentos terrae ne flaret uentus super terram neque super mare neque in ullam arborem 7:2 et uidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis habentem signum Dei uiui et clamauit uoce magna quattuor angelis quibus datum est nocere terrae et mari 7:3 dicens nolite nocere terrae neque mari neque arboribus quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum 7:4 et audiui numerum signatorum centum quadraginta quattuor milia signati ex omni tribu filiorum Israhel 7:5 ex tribu Iuda duodecim milia signati ex tribu Ruben duodecim milia ex tribu Gad duodecim milia 7:6 ex tribu Aser duodecim milia ex tribu Nephthalim duodecim milia ex tribu Manasse duodecim milia 7:7 ex tribu Symeon duodecim milia ex tribu Leui duodecim milia ex tribu Issachar duodecim milia 7:8 ex tribu Zabulon duodecim milia ex tribu Ioseph duodecim milia ex tribu Benjamin duodecim milia signati 7:9 post haec uidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat ex om-

Apocalypsis Ionannis

nibus gentibus et tribubus et populis et linguis stantes ante thronum et in conspectu agni amicti stolas albas et palmae in manibus eorum 7:10 et clamabant uoce magna dicentes salus Deo nostro qui sedet super thronum et agno 7:11 et omnes angeli stabant in circuitu throni et seniorum et quatuor animalium et ceciderunt in conspectu throni in facies suas et adorauerunt Deum 7:12 dicentes amen benedictio et claritas et sapientia et gratiarum actio et honor et uirtus et fortitudo Deo nostro in saecula saeculorum amen 7:13 et respondit unus de senioribus dicens mihi hii qui amicti sunt stolis albis qui sunt et unde uenerunt 7:14 et dixi illi domine mi tu scis et dixit mihi hii sunt qui ueniunt de tribulatione magna et lauerunt stolas suas et dealbauerunt eas in sanguine agni 7:15 ideo sunt ante thronum Dei et seruiunt ei die ac nocte in templo eius et qui sedet in throno habitabit super illos 7:16 non esurient neque sitient amplius neque cadet super illos sol neque ullus aestus 7:17 quoniam agnus qui in medio throni est reget illos et deducet eos ad uitae fontes aquarum et absterget Deus omnem lacrimam ex oculis eorum

8:1 et cum aperuisset sigillum septimum factum est silentium in caelo quasi media hora 8:2 et uidi septem angelos stantes in conspectu Dei et datae sunt illis septem tubae 8:3 et alius angelus uenit et stetit ante altare habens turibulum aureum et data sunt illi incensa multa ut daret orationibus sanctorum omnium super altare aureum quod est ante thronum 8:4 et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli coram Deo 8:5 et accepit angelus turibulum et impleuit illud de igne altaris et misit in terram et facta sunt tonitrua et uoces et fulgora et terraemotus 8:6 et septem angeli qui habebant septem tubas parauerunt se ut tuba canerent 8:7 et primus tuba cecinit et facta est grandis et ignis mixta in sanguine et missum est in terram et tertia

7:10 And cried with a loud voice, saying, Salvation to our God which sitteth upon the throne, and unto the Lamb.

7:11 And all the angels stood round about the throne, and about the elders and the four beasts, and fell before the throne on their faces, and worshipped God.

7:12 Saying, Amen: Blessing, and glory, and wisdom, and thanksgiving, and honour, and power, and might, be unto our God for ever and ever. Amen.

7:13 And one of the elders answered, saying unto me, What are these which are arrayed in white robes? and whence came they?

7:14 And I said unto him, Sir, thou knowest. And he said to me, These are they which came out of great tribulation, and have washed their robes, and made them white in the blood of the Lamb.

7:15 Therefore are they before the throne of God, and serve him day and night in his temple: and he that sitteth on the throne shall dwell among them.

7:16 They shall hunger no more, neither thirst any more; neither shall the sun light on them, nor any heat.

7:17 For the Lamb which is in the midst of the throne shall feed them, and shall lead them unto living fountains of waters: and God shall wipe away all tears from their eyes.

8:1 And when he had opened the seventh seal, there was silence in heaven about the space of half an hour.

8:2 And I saw the seven angels which stood before God; and to them were given seven trumpets.

8:3 And another angel came and stood at the altar, having a golden censer; and there was given unto him much incense, that he should offer it with the prayers of all saints upon the golden altar which was before the throne.

8:4 And the smoke of the incense, which came with the prayers of the saints, ascended up before God out of the angel's hand.

8:5 And the angel took the censer, and filled it with fire of the altar, and cast it into the earth: and there were voices, and thunderings, and lightnings, and an earthquake.

8:6 And the seven angels which had the seven trumpets prepared themselves to sound.

8:7 The first angel sounded, and there followed hail and fire mingled with blood, and they were cast upon the earth: and the third part of trees was burnt up, and all green grass was burnt up.

Biblia Sacra Vulgata

8:8 And the second angel sounded, and as it were a great mountain burning with fire was cast into the sea: and the third part of the sea became blood:

8:9 And the third part of the creatures which were in the sea, and had life, died; and the third part of the ships were destroyed.

8:10 And the third angel sounded, and there fell a great star from heaven, burning as it were a lamp, and it fell upon the third part of the rivers, and upon the fountains of waters;

8:11 And the name of the star is called Wormwood: and the third part of the waters became wormwood; and many men died of the waters, because they were made bitter.

8:12 And the fourth angel sounded, and the third part of the sun was smitten, and the third part of the moon, and the third part of the stars; so as the third part of them was darkened, and the day shone not for a third part of it, and the night likewise.

8:13 And I beheld, and heard an angel flying through the midst of heaven, saying with a loud voice, Woe, woe, woe, to the inhabitants of the earth by reason of the other voices of the trumpet of the three angels, which are yet to sound!

9:1 And the fifth angel sounded, and I saw a star fall from heaven unto the earth: and to him was given the key of the bottomless pit.

9:2 And he opened the bottomless pit; and there arose a smoke out of the pit, as the smoke of a great furnace; and the sun and the air were darkened by reason of the smoke of the pit.

9:3 And there came out of the smoke locusts upon the earth: and unto them was given power, as the scorpions of the earth have power.

9:4 And it was commanded them that they should not hurt the grass of the earth, neither any green thing, neither any tree; but only those men which have not the seal of God in their foreheads.

9:5 And to them it was given that they should not kill them, but that they should be tormented five months: and their torment was as the torment of a scorpion, when he striketh a man.

9:6 And in those days shall men seek death, and shall not find it; and shall desire to die, and death shall flee from them.

9:7 And the shapes of the locusts were like unto horses prepared unto battle; and on their heads were as it were crowns like gold, and their faces were as the faces of men.

17:3 So he carried me away in the spirit into the wilderness: and I saw a woman sit upon a scarlet coloured beast, full of names of blasphemy, having seven heads and ten horns.

17:4 And the woman was arrayed in purple and scarlet colour, and decked with gold and precious stones and pearls, having a golden cup in her hand full of abominations and filthiness of her fornication:

17:5 And upon her forehead was a name written, MYSTERY, BABYLON THE GREAT, THE MOTHER OF HARLOTS AND ABOMINATIONS OF THE EARTH.

17:6 And I saw the woman drunken with the blood of the saints, and with the blood of the martyrs of Jesus: and when I saw her, I wondered with great admiration.

17:7 And the angel said unto me, Wherefore didst thou marvel? I will tell thee the mystery of the woman, and of the beast that carrieth her, which hath the seven heads and ten horns.

17:8 The beast that thou sawest was, and is not; and shall ascend out of the bottomless pit, and go into perdition: and they that dwell on the earth shall wonder, whose names were not written in the book of life from the foundation of the world, when they behold the beast that was, and is not, and yet is.

17:9 And here is the mind which hath wisdom. The seven heads are seven mountains, on which the woman sitteth.

17:10 And there are seven kings: five are fallen, and one is, and the other is not yet come; and when he cometh, he must continue a short space.

17:11 And the beast that was, and is not, even he is the eighth, and is of the seven, and goeth into perdition.

17:12 And the ten horns which thou sawest are ten kings, which have received no kingdom as yet; but receive power as kings one hour with the beast.

17:13 These have one mind, and shall give their power and strength unto the beast.

17:14 These shall make war with the Lamb, and the Lamb shall overcome them: for he is Lord of lords, and King of kings: and they that are with him are called, and chosen, and faithful.

17:15 And he saith unto me, The waters which thou sawest, where the whore sitteth, are peoples, and multitudes, and nations, and tongues.

17:16 And the ten horns which thou sawest upon the beast, these shall hate the whore, and shall make her desolate and naked, and shall eat her flesh, and burn her with fire.

nationem meretricis magnae quae sedet super aquas multas
17:2 cum qua fornicati sunt reges terrae et inebriati sunt qui
inhabitant terram de uino prostitutionis eius 17:3 et abstulit
me in desertum in spiritu et uidi mulierem sedentem super
bestiam coccineam plenam nominibus blasphemiae habentem
capita septem et cornua decem 17:4 et mulier erat circumdata
purpura et coccino et inaurata auro et lapide pretioso et margaritis
habens poculum aureum in manu sua plenum abominationum et
inmunditia fornicationis eius 17:5 et in fronte eius nomen scriptum
mysterium Babylon magna mater fornicationum et abominationum
terrae 17:6 et uidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum et de
sanguine martyrum Iesu et miratus sum cum uidissem illam admiratione
magna 17:7 et dixit mihi angelus quare miraris ego tibi dicam
sacramentum mulieris et bestiae quae portat eam quae habet
capita septem et decem cornua 17:8 bestiam quam uidisti fuit et non
est et ascensura est de abyssu et in interitum ibit et mirabuntur
inhabitantes terram quorum non sunt scripta nomina in libro uitae a
constitutione mundi uidentes bestiam quia erat et non est 17:9 et
hic est sensus qui habet sapientiam septem capita septem montes sunt
super quos mulier sedet et reges septem sunt 17:10 quinque ceciderunt
unus est alius nondum uenit et cum uenerit oportet illum breue tempus
manere 17:11 et bestia quae erat et non est et ipsa octaua est et de
septem est et in interitum uadit 17:12 et decem cornua quae uidisti
decem reges sunt qui regnum nondum acceperunt sed potestatem
tamquam reges una hora accipiunt post bestiam 17:13 hii unum
consilium habent et uirtutem et potestatem suam bestiae tradunt
17:14 hii cum agno pugnabunt et agnus uincet illos quoniam Dominus
dominorum est et rex regum et qui cum illo sunt uocati et electi et
fideles 17:15 et dixit mihi aquas quas uidisti ubi meretrix sedet
populi sunt et gentes et linguae 17:16 et

Apocalypsis Ionannis

decem cornua quae uidisti et bestiam hii odient fornicariam et desolatam facient illam et nudam et carnes eius manducabunt et ipsam igni concremabunt 17:17 Deus enim dedit in corda eorum ut faciant quod illi placitum est ut dent regnum suum bestiae donec consummentur uerba Dei 17:18 et mulier quam uidisti est ciuitas magna quae habet regnum super reges terrae

18:1 et post haec uidi alium angelum descendentem de caelo habentem potestatem magnam et terra inluminata est a gloria eius 18:2 et exclamauit in forti uoce dicens cecidit cecidit Babylon magna et facta est habitatio daemoniorum et custodia omnis spiritus inmundi et custodia omnis uolucris inmundae 18:3 quia de ira fornicationis eius biberunt omnes gentes et reges terrae cum illa fornicati sunt et mercatores terrae de uirtute deliciarum eius diuites facti sunt 18:4 et audiui aliam uocem de caelo dicentem exite de illa populus meus ut ne participes sitis delictorum eius et de plagis eius non accipiatis 18:5 quoniam peruenerunt peccata eius usque ad caelum et recordatus est Deus iniquitatum eius 18:6 reddite illi sicut ipsa reddidit et duplicate duplicia secundum opera eius in poculo quo miscuit miscite illi duplum 18:7 quantum glorificauit se et in deliciis fuit tantum date illi tormentum et luctum quia in corde suo dicit sedeo regina et uidua non sum et luctum non uidebo 18:8 ideo in una die uenient plagae eius mors et luctus et fames et igni comburetur quia fortis est Deus qui iudicauit illam 18:9 et flebunt et plangent se super illam reges terrae qui cum illa fornicati sunt et in deliciis uixerunt cum uiderint fimum incendii eius 18:10 longe stantes propter timorem tormentorum eius dicentes uae uae ciuitas illa magna Babylon ciuitas illa fortis quoniam una hora uenit iudicium tuum 18:11 et negotiatores terrae flebunt et lugebunt super illam quoniam merces eorum nemo emet amplius 18:12 mercem auri et argenti et

17:17 For God hath put in their hearts to fulfil his will, and to agree, and give their kingdom unto the beast, until the words of God shall be fulfilled.

17:18 And the woman which thou sawest is that great city, which reigneth over the kings of the earth.

18:1 And after these things I saw another angel come down from heaven, having great power; and the earth was lightened with his glory.

18:2 And he cried mightily with a strong voice, saying, Babylon the great is fallen, is fallen, and is become the habitation of devils, and the hold of every foul spirit, and a cage of every unclean and hateful bird.

18:3 For all nations have drunk of the wine of the wrath of her fornication, and the kings of the earth have committed fornication with her, and the merchants of the earth are waxed rich through the abundance of her delicacies.

18:4 And I heard another voice from heaven, saying, Come out of her, my people, that ye be not partakers of her sins, and that ye receive not of her plagues.

18:5 For her sins have reached unto heaven, and God hath remembered her iniquities.

18:6 Reward her even as she rewarded you, and double unto her double according to her works: in the cup which she hath filled fill to her double.

18:7 How much she hath glorified herself, and lived deliciously, so much torment and sorrow give her: for she saith in her heart, I sit a queen, and am no widow, and shall see no sorrow.

18:8 Therefore shall her plagues come in one day, death, and mourning, and famine: and she shall be utterly burned with fire: for strong is the Lord God who judgeth her.

18:9 And the kings of the earth, who have committed fornication and lived deliciously with her, shall bewail her, and lament for her, when they shall see the smoke of her burning.

18:10 Standing afar off for the fear of her torment, saying, Alas, alas that great city Babylon, that mighty city! for in one hour is thy judgment come.

18:11 And the merchants of the earth shall weep and mourn over her; for no man buyeth their merchandise any more:

18:12 The merchandise of gold, and silver, and precious stones, and of pearls, and fine linen, and purple, and silk, and scarlet, and all thine wood, and all manner vessels of ivory, and all manner vessels of most precious wood, and of brass, and iron, and marble,

Biblia Sacra Vulgata

lapidis pretiosi et margaritis et byssi et purpurae et serici et cocci et omne lignum thyinum et omnia uasa eboris et omnia uasa de lapide pretioso et aeramento et ferro et marmore
18:13 et cinnamomum et amomum et odoramentorum et unguenti et turis et uini et olei et similiae et tritici et iumentorum et ouium et equorum et raedarum et mancipiorum et animarum hominum 18:14 et poma tua desiderii animae discessit a te et omnia pingua et clara perierunt a te et amplius illa iam non inuenient 18:15 mercatores horum qui diuites facti sunt ab ea longe stabunt propter timorem tormentorum eius flentes ac lugentes 18:16 et dicentes uae uae ciuitas illa magna quae amicta erat byssino et purpura et cocco et deaurata est auro et lapide pretioso et margaritis 18:17 quoniam una hora destitutae sunt tantae diuitiae et omnis gubernator et omnis qui in locum nauigat et nautae et qui maria operantur longe steterunt 18:18 et clamauerunt uidentes locum incendii eius dicentes quae similis ciuitati huic magnae 18:19 et miserunt puluerem super capita sua et clamauerunt flentes et lugentes dicentes uae uae ciuitas magna in qua diuites facti sunt omnes qui habent naues in mari de pretiis eius quoniam una hora desolata est 18:20 exulta super eam caelum et sancti et apostoli et prophetae quoniam iudicauit Deus iudicium uestrum de illa 18:21 et sustulit unus angelus fortis lapidem quasi molarem magnum et misit in mare dicens hoc impetu mittetur Babylon magna illa ciuitas et ultra iam non inuenietur 18:22 et uox citharodorum et musicorum et tibia canentium et tuba non audietur in te amplius et omnis artifex omnis artis non inuenietur in te amplius et uox molae non audietur in te amplius 18:23 et lux lucernae non lucebit tibi amplius et uox sponsi et sponsae non audietur adhuc in te quia mercatores tui erant principes terrae quia in ueneficiis tuis errauerunt omnes gentes 18:24 et in ea sanguis prophetarum et sanctorum inuentus est et omnium qui inter-

18:13 And cinnamon, and odours, and ointments, and frankincense, and wine, and oil, and fine flour, and wheat, and beasts, and sheep, and horses, and chariots, and slaves, and souls of men.

18:14 And the fruits that thy soul lusted after are departed from thee, and all things which were dainty and goodly are departed from thee, and thou shalt find them no more at all.

18:15 The merchants of these things, which were made rich by her, shall stand afar off for the fear of her torment, weeping and wailing.

18:16 And saying, Alas, alas that great city, that was clothed in fine linen, and purple, and scarlet, and decked with gold, and precious stones, and pearls!

18:17 For in one hour so great riches is come to nought. And every shipmaster, and all the company in ships, and sailors, and as many as trade by sea, stood afar off.

18:18 And cried when they saw the smoke of her burning, saying, What city is like unto this great city!

18:19 And they cast dust on their heads, and cried, weeping and wailing, saying, Alas, alas that great city, wherein were made rich all that had ships in the sea by reason of her costliness! for in one hour is she made desolate.

18:20 Rejoice over her, thou heaven, and ye holy apostles and prophets; for God hath avenged you on her.

18:21 And a mighty angel took up a stone like a great millstone, and cast it into the sea, saying, Thus with violence shall that great city Babylon be thrown down, and shall be found no more at all.

18:22 And the voice of harpers, and musicians, and of pipers, and trumpeters, shall be heard no more at all in thee; and no craftsman, of whatsoever craft he be, shall be found any more in thee; and the sound of a millstone shall be heard no more at all in thee;

18:23 And the light of a candle shall shine no more at all in thee; and the voice of the bridegroom and of the bride shall be heard no more at all in thee: for thy merchants were the great men of the earth; for by thy sorceries were all nations deceived.

18:24 And in her was found the blood of prophets, and of saints, and of all that were slain upon the earth.

Apocalypsis Ionannis

fecti sunt in terra

19:1 post haec audiui quasi uocem magnam turbarum multarum in caelo dicentium alleluia salus et gloria et uirtus Deo nostro est 19:2 quia uera et iusta iudicia sunt eius quia iudicauit de meretrice magna quae corrupit terram in prostitutione sua et uindicauit sanguinem seruorum suorum de manibus eius 19:3 et iterum dixerunt alleluia et fumus eius ascendit in saecula saeculorum 19:4 et ceciderunt seniores uiginti quattuor et quattuor animalia et adorauerunt Deum sedentem super thronum dicentes amen alleluia 19:5 et uox de throno exiuit dicens laudem dicite Deo nostro omnes serui eius et qui timetis eum pusilli et magni 19:6 et audiui quasi uocem turbae magnae et sicut uocem aquarum multarum et sicut uocem tonitruum magnorum dicentium alleluia quoniam regnauit Dominus Deus noster omnipotens 19:7 gaudeamus et exulemus et demus gloriam ei quia uenerunt nuptiae agni et uxor eius praeparauit se 19:8 et datum est illi ut cooperiat se byssinum splendens candidum byssinum enim iustificationes sunt sanctorum 19:9 et dicit mihi scribe beati qui ad cenam nuptiarum agni uocati sunt et dicit mihi haec uerba uera Dei sunt 19:10 et cecidi ante pedes eius ut adorarem eum et dicit mihi uide ne feceris conseruus tuus sum et fratrum tuorum habentium testimonium Iesu Deum adora testimonium enim Iesu est spiritus prophetiae 19:11 et uidi caelum apertum et ecce equus albus et qui sedebat super eum uocabatur Fidelis et Verax uocatur et iustitia iudicat et pugnat 19:12 oculi autem eius sicut flamma ignis et in capite eius diademata multa habens nomen scriptum quod nemo nouit nisi ipse 19:13 et uestitus erat uestem aspersam sanguine et uocatur nomen eius Verbum Dei 19:14 et exercitus qui sunt in caelo sequebantur eum in equis albis uestiti byssinum album mundum 19:15 et de ore ipsius proceedit gladius acutus ut in ipso percutiat gentes et ipse reget

19:1 And after these things I heard a great voice of much people in heaven, saying, Alleluia; Salvation, and glory, and honour, and power, unto the Lord our God:

19:2 For true and righteous are his judgments: for he hath judged the great whore, which did corrupt the earth with her fornication, and hath avenged the blood of his servants at her hand.

19:3 And again they said, Alleluia And her smoke rose up for ever and ever.

19:4 And the four and twenty elders and the four beasts fell down and worshipped God that sat on the throne, saying, Amen; Alleluia.

19:5 And a voice came out of the throne, saying, Praise our God, all ye his servants, and ye that fear him, both small and great.

19:6 And I heard as it were the voice of a great multitude, and as the voice of many waters, and as the voice of mighty thunders, saying, Alleluia: for the Lord God omnipotent reigneth.

19:7 Let us be glad and rejoice, and give honour to him: for the marriage of the Lamb is come, and his wife hath made herself ready.

19:8 And to her was granted that she should be arrayed in fine linen, clean and white: for the fine linen is the righteousness of saints.

19:9 And he saith unto me, Write, Blessed are they which are called unto the marriage supper of the Lamb. And he saith unto me, These are the true sayings of God.

19:10 And I fell at his feet to worship him. And he said unto me, See thou do it not: I am thy fellowservant, and of thy brethren that have the testimony of Jesus: worship God: for the testimony of Jesus is the spirit of prophecy.

19:11 And I saw heaven opened, and behold a white horse: and he that sat upon him was called Faithful and True, and in righteousness he doth judge and make war.

19:12 His eyes were as a flame of fire, and on his head were many crowns: and he had a name written, that no man knew, but he himself.

19:13 And he was clothed with a vesture dipped in blood: and his name is called The Word of God.

19:14 And the armies which were in heaven followed him upon white horses, clothed in fine linen, white and clean.

19:15 And out of his mouth goeth a sharp sword, that with it he should smite the nations: and he shall rule them with a rod of iron: and he treadeth the winepress of the fierceness and wrath of Almighty God.

Biblia Sacra Vulgata

19:16 And he hath on his vesture and on his thigh a name written, KING OF KINGS, AND LORD OF LORDS.

19:17 And I saw an angel standing in the sun; and he cried with a loud voice, saying to all the fowls that fly in the midst of heaven. Come and gather yourselves together unto the supper of the great God;

19:18 That ye may eat the flesh of kings, and the flesh of captains, and the flesh of mighty men, and the flesh of horses, and of them that sit on them, and the flesh of all men, both free and bond, both small and great.

19:19 And I saw the beast, and the kings of the earth, and their armies, gathered together to make war against him that sat on the horse, and against his army.

19:20 And the beast was taken, and with him the false prophet that wrought miracles before him, with which he deceived them that had received the mark of the beast, and them that worshipped his image. These both were cast alive into a lake of fire burning with brimstone.

19:21 And the remnant were slain with the sword of him that sat upon the horse, which sword proceeded out of his mouth: and all the fowls were filled with their flesh.

20:1 And I saw an angel come down from heaven, having the key of the bottomless pit and a great chain in his hand.

20:2 And he laid hold on the dragon, that old serpent, which is the Devil, and Satan, and bound him a thousand years,

20:3 And cast him into the bottomless pit, and shut him up, and set a seal upon him, that he should deceive the nations no more, till the thousand years should be fulfilled: and after that he must be loosed a little season.

20:4 And I saw thrones, and they sat upon them, and judgment was given unto them: and I saw the souls of them that were beheaded for the witness of Jesus, and for the word of God, and which had not worshipped the beast, neither his image, neither had received his mark upon their foreheads, or in their hands; and they lived and reigned with Christ a thousand years.

20:5 But the rest of the dead lived not again until the thousand years were finished. This is the first resurrection.

20:6 Blessed and holy is he that hath part in the first resurrection: on such the second death hath no power, but they shall be priests of God and of Christ, and shall reign with him a thousand years.

eos in uirga ferrea et ipse calcat torcular uini furoris irae Dei omnipotentis 19:16 et habet in uestimento et in femore suo scriptum rex regum et Dominus dominantium 19:17 et uidi unum angelum stantem in sole et clamauit uoce magna dicens omnibus auibus quae uolabant per medium caeli uenite congregamini ad cenam magnam Dei 19:18 ut manducetis carnes regum et carnes tribunorum et carnes fortium et carnes equorum et sedentium in ipsis et carnes omnium liberorum ac seruorum et pusillorum ac magnorum 19:19 et uidi bestiam et reges terrae et exercitus eorum congregatos ad faciendum proelium cum illo qui sedebat in equo et cum exercitu eius 19:20 et adprehensa est bestia et cum illo pseudopropheta qui fecit signa coram ipso quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestiae qui et adorant imaginem eius uiui missi sunt hii duo in stagnum ignis ardentis sulphure 19:21 et ceteri occisi sunt in gladio sedentis super equum qui procedit de ore ipsius et omnes aues saturatae sunt carnibus eorum

20:1 et uidi angelum descendentem de caelo habentem clauem abyssi et catenam magnam in manu sua 20:2 et adprehendit draconem serpentem antiquum qui est diabolus et Satanus et ligauit eum per annos mille 20:3 et misit eum in abyssum et clusit et signauit super illum ut non seducat amplius gentes donec consummentur mille anni post haec oportet illum solui modico tempore 20:4 et uidi sedes et sederunt super eas et iudicium datum est illis et animas decollatorum propter testimonium Iesu et propter uerbum Dei et qui non adorauerunt bestiam neque imaginem eius nec acceperunt characterem in frontibus aut in manibus suis et uixerunt et regnauerunt cum Christo mille annis 20:5 ceteri mortuorum non uixerunt donec consummentur mille anni haec est resurrectio prima 20:6 beatus et sanctus qui habet partem in resurrectione prima in his secunda mors non habet potesta-

Apocalypsis Ionannis

tem sed erunt sacerdotes Dei et Christi et regnabunt cum illo mille annis 20:7 et cum consummati fuerint mille anni soluetur Satanus de carcere suo et exhibit et seducet gentes quae sunt super quattuor angulos terrae Gog et Magog et congregabit eos in proelium quorum numerus est sicut harena maris 20:8 et ascenderunt super latitudinem terrae et circumierunt castra sanctorum et ciuitatem dilectam 20:9 et descendit ignis a Deo de caelo et deuorauit eos et diabolus qui seducebat eos missus est in stagnum ignis et sulphuris ubi et bestia 20:10 et pseudoprophetae et cruciabuntur die ac nocte in saecula saeculorum 20:11 et uidi thronum magnum candidum et sedentem super eum a cuius aspectu fugit terra et caelum et locus non est inuentus ab eis 20:12 et uidi mortuos magnos et pusillos stantes in conspectu throni et libri aperti sunt et alius liber apertus est qui est uitae et iudicati sunt mortui ex his quae scripta erant in libris secundum opera ipsorum 20:13 et dedit mare mortuos qui in eo erant et mors et inferus dederunt mortuos qui in ipsis erant et iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum 20:14 et inferus et mors missi sunt in stagnum ignis haec mors secunda est stagnum ignis 20:15 et qui non est inuentus in libro uitae scriptus missus est in stagnum ignis

21:1 et uidi caelum nouum et terram nouam primum enim caelum et prima terra abiit et mare iam non est 21:2 et ciuitatem sanctam Hierusalem nouam uidi descendentem de caelo a Deo paratam sicut sponsam ornatam uiro suo 21:3 et audiui uocem magnam de throno dicentem ecce tabernaculum Dei cum hominibus et habitabit cum eis et ipsi populus eius erunt et ipse Deus cum eis erit eorum Deus 21:4 et absterget Deus omnem lacrimam ab oculis eorum et mors ultra non erit neque luctus neque clamor neque dolor erit ultra quae prima abierunt 21:5 et dixit qui sedebat in throno ecce noua facio omnia et dicit scribe quia haec uerba fidelissima

20:7 And when the thousand years are expired, Satan shall be loosed out of his prison.

20:8 And shall go out to deceive the nations which are in the four quarters of the earth, Gog, and Magog, to gather them together to battle: the number of whom is as the sand of the sea.

20:9 And they went up on the breadth of the earth, and compassed the camp of the saints about, and the beloved city: and fire came down from God out of heaven, and devoured them.

20:10 And the devil that deceived them was cast into the lake of fire and brimstone, where the beast and the false prophet are, and shall be tormented day and night for ever and ever.

20:11 And I saw a great white throne, and him that sat on it, from whose face the earth and the heaven fled away; and there was found no place for them.

20:12 And I saw the dead, small and great, stand before God; and the books were opened: and another book was opened, which is the book of life: and the dead were judged out of those things which were written in the books, according to their works.

20:13 And the sea gave up the dead which were in it; and death and hell delivered up the dead which were in them: and they were judged every man according to their works.

20:14 And death and hell were cast into the lake of fire. This is the second death.

20:15 And whosoever was not found written in the book of life was cast into the lake of fire.

21:1 And I saw a new heaven and a new earth: for the first heaven and the first earth were passed away; and there was no more sea.

21:2 And I John saw the holy city, new Jerusalem, coming down from God out of heaven, prepared as a bride adorned for her husband.

21:3 And I heard a great voice out of heaven saying, Behold, the tabernacle of God is with men, and he will dwell with them, and they shall be his people, and God himself shall be with them, and be their God.

21:4 And God shall wipe away all tears from their eyes; and there shall be no more death, neither sorrow, nor crying, neither shall there be any more pain: for the former things are passed away.

21:5 And he that sat upon the throne said, Behold, I make all things new. And he said unto me, Write: for these words are true and faithful.

Biblia Sacra Vulgata

21:6 And he said unto me, It is done. I am Alpha and Omega, the beginning and the end. I will give unto him that is athirst of the fountain of the water of life freely.

21:7 He that overcometh shall inherit all things; and I will be his God, and he shall be my son.

21:8 But the fearful, and unbelieving, and the abominable, and murderers, and whoremongers, and sorcerers, and idolaters, and all liars, shall have their part in the lake which burneth with fire and brimstone: which is the second death.

21:9 And there came unto me one of the seven angels which had the seven vials full of the seven last plagues, and talked with me, saying, Come hither, I will shew thee the bride, the Lamb's wife.

21:10 And he carried me away in the spirit to a great and high mountain, and shewed me that great city, the holy Jerusalem, descending out of heaven from God,

21:11 Having the glory of God: and her light was like unto a stone most precious, even like a jasper stone, clear as crystal;

21:12 And had a wall great and high, and had twelve gates, and at the gates twelve angels, and names written thereon, which are the names of the twelve tribes of the children of Israel:

21:13 On the east three gates; on the north three gates; on the south three gates; and on the west three gates.

21:14 And the wall of the city had twelve foundations, and in them the names of the twelve apostles of the Lamb.

21:15 And he that talked with me had a golden reed to measure the city, and the gates thereof, and the wall thereof.

21:16 And the city lieth foursquare, and the length is as large as the breadth: and he measured the city with the reed, twelve thousand furlongs. The length and the breadth and the height of it are equal.

21:17 And he measured the wall thereof, an hundred and forty and four cubits, according to the measure of a man, that is, of the angel.

21:18 And the building of the wall of it was of jasper: and the city was pure gold, like unto clear glass.

21:19 And the foundations of the wall of the city were garnished with all manner of precious stones. The first foundation was jasper; the second, sapphire; the third, a chalcedony; the fourth, an emerald;

21:20 The fifth, sardonyx; the sixth, sardius; the seventh, chrysolite; the eighth, beryl; the ninth, a topaz; the tenth, a chrysopterus; the eleventh, a jacinth; the twelfth, an amethyst.

sunt et uera 21:6 et dixit mihi factum est ego sum Alpha et Omega initium et finis ego sitiendi dabo de fonte aquae uiuae gratis 21:7 qui uicerit possidebit haec et ero illi Deus et ille erit mihi filius 21:8 timidis autem et incredulis et execratis et homicidis et fornicatoribus et ueneficis et idolatris et omnibus mendacibus pars illorum erit in stagno ardenti igne et sulphure quod est mors secunda 21:9 et uenit unus de septem angelis habentibus fialas plenas septem plagis nouissimis et locutus est mecum dicens ueni ostendam tibi sponsam uxorem agni 21:10 et sustulit me in spiritu in montem magnum et altum et ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem descendentem de caelo a Deo 21:11 habentem claritatem Dei lumen eius simile lapidi pretioso tamquam lapidi iaspidis sicut cristallum 21:12 et habebat murum magnum et altum habens portas duodecim et in portis angelos duodecim et nomina inscripta quae sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israhel 21:13 ab oriente portae tres et ab aquilone portae tres et ab austro portae tres et ab occasu portae tres 21:14 et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim et in ipsis duodecim nomina duodecim apostolorum agni 21:15 et qui loquebatur mecum habebat mensuram harundinem auream ut metiretur ciuitatem et portas eius et murum 21:16 et ciuitas in quadro posita est et longitudo eius tanta est quanta et latitudo et mensus est ciuitatem de harundine per stadia duodecim milia longitudo et latitudo et altitudo eius aequalia sunt 21:17 et mensus est murus eius centum quadraginta quattuor cubitorum mensura hominis quae est angeli 21:18 et erat structura muri eius ex lapide iaspide ipsa uero ciuitas auro mundo simile uitro mundo 21:19 fundamenta muri ciuitatis omni lapide pretioso ornata fundamentum primum iaspis secundus saphyrus tertius carcedonius quartus zmagrdus 21:20 quintus sardonix sextus sardinus septimus chrysolitus octauus berillus nonus topazius decimus chrysop-

Apocalypsis Ionannis

rassus undecimus hyacinthus duodecimus amethystus 21:21 et duodecim portae duodecim margaritae sunt per singulas et singulae portae erant ex singulis margaritis et platea ciuitatis aurum mundum tamquam uitrum perlucidum 21:22 et templum non uidi in ea Dominus enim Deus omnipotens templum illius est et agnus 21:23 et ciuitas non eget sole neque luna ut luceant in ea nam claritas Dei inluminauit eam et lucerna eius est agnus 21:24 et ambulabunt gentes per lumen eius et reges terrae adferent gloriam suam et honorem in illam 21:25 et portae eius non cludentur per diem nox enim non erit illic 21:26 et adferent gloriam et honorem gentium in illam 21:27 nec intrabit in ea aliquid coinquinatum et faciens abominationem et mendacium nisi qui scripti sunt in libro uitae agni

21:21 And the twelve gates were twelve pearls: every several gate was of one pearl: and the street of the city was pure gold, as it were transparent glass.

21:22 And I saw no temple therein: for the Lord God Almighty and the Lamb are the temple of it.

21:23 And the city had no need of the sun, neither of the moon, to shine in it: for the glory of God did lighten it, and the Lamb is the light thereof.

21:24 And the nations of them which are saved shall walk in the light of it: and the kings of the earth do bring their glory and honour into it.

21:25 And the gates of it shall not be shut at all by day: for there shall be no night there.

21:26 And they shall bring the glory and honour of the nations into it.

21:27 And there shall in no wise enter into it any thing that defileth, neither whatsoever worketh abomination, or maketh a lie: but they which are written in the Lamb's book of life.

22:1 et ostendit mihi fluuium aquae uitae splendidum tamquam cristallum procedentem de sede Dei et agni 22:2 in medio plateae eius et ex utraque parte fluminis lignum uitae adferens fructus duodecim per menses singula reddentia fructum suum et folia ligni ad sanitatem gentium 22:3 et omne maledictum non erit amplius et sedes Dei et agni in illa erunt et serui eius seruient illi 22:4 et uidebunt faciem eius et nomen eius in frontibus eorum 22:5 et nox ultra non erit et non egebunt lumine lucernae neque lumine solis quoniam Dominus Deus inluminat illos et regnabunt in saecula saeculorum 22:6 et dixit mihi haec uerba fidelissima et uera sunt et Dominus Deus spirituum prophetarum misit angelum suum ostendere seruis suis quae oportet fieri cito 22:7 et ecce uenio uelociter beatus qui custodit uerba prophetiae libri huius 22:8 et ego Iohannes qui audiui et uidi haec et postquam audissem et uidissem cecidi ut adorarem ante pedes angeli qui mihi haec ostendebat 22:9 et dicit mihi uide ne feceris conseruus tuus sum et fratrum tuorum prophetarum et eorum qui seruant uerba libri huius

22:1 And he shewed me a pure river of water of life, clear as crystal, proceeding out of the throne of God and of the Lamb.

22:2 In the midst of the street of it, and on either side of the river, was there the tree of life, which bare twelve manner of fruits, and yielded her fruit every month: and the leaves of the tree were for the healing of the nations.

22:3 And there shall be no more curse: but the throne of God and of the Lamb shall be in it; and his servants shall serve him:

22:4 And they shall see his face; and his name shall be in their foreheads.

22:5 And there shall be no night there; and they need no candle, neither light of the sun; for the Lord God giveth them light: and they shall reign for ever and ever.

22:6 And he said unto me, These sayings are faithful and true: and the Lord God of the holy prophets sent his angel to shew unto his servants the things which must shortly be done.

22:7 Behold, I come quickly: blessed is he that keepeth the sayings of the prophecy of this book.

22:8 And I John saw these things, and heard them. And when I had heard and seen, I fell down to worship before the feet of the angel which shewed me these things.

22:9 Then saith he unto me, See thou do it not: for I am thy fellowservant, and of thy brethren the prophets, and of them which keep the sayings of this book: worship God.

Biblia Sacra Vulgata

22:10 And he saith unto me, Seal not the sayings of the prophecy of this book: for the time is at hand.

22:11 He that is unjust, let him be unjust still: and he which is filthy, let him be filthy still: and he that is righteous, let him be righteous still: and he that is holy, let him be holy still.

22:12 And, behold, I come quickly; and my reward is with me, to give every man according as his work shall be.

22:13 I am Alpha and Omega, the beginning and the end, the first and the last.

22:14 Blessed are they that do his commandments, that they may have right to the tree of life, and may enter in through the gates into the city.

22:15 For without are dogs, and sorcerers, and whoremongers, and murderers, and idolaters, and whosoever loveth and maketh a lie.

22:16 I Jesus have sent mine angel to testify unto you these things in the churches. I am the root and the offspring of David, and the bright and morning star.

22:17 And the Spirit and the bride say, Come. And let him that heareth say, Come. And let him that is athirst come. And whosoever will, let him take the water of life freely.

22:18 For I testify unto every man that heareth the words of the prophecy of this book, If any man shall add unto these things, God shall add unto him the plagues that are written in this book:

22:19 And if any man shall take away from the words of the book of this prophecy, God shall take away his part out of the book of life, and out of the holy city, and from the things which are written in this book.

22:20 He which testifieth these things saith, Surely I come quickly. Amen. Even so, come, Lord Jesus.

22:21 The grace of our Lord Jesus Christ be with you all. Amen.

Deum adora 22:10 et dicit mihi ne signaueris uerba prophetiae libri huius tempus enim prope est 22:11 qui nocet noceat adhuc et qui in sordibus est sordescat adhuc et iustus iustitiam faciat adhuc et sanctus sanctificetur adhuc 22:12 ecce uenio cito et merces mea mecum est reddere unicuique secundum opera sua 22:13 ego Alpha et Omega primus et nouissimus principium et finis 22:14 beati qui lauant stolas suas ut sit potestas eorum in ligno uitae et portis intrent in ciuitatem 22:15 foris canes et uenefici et inpudici et homicidae et idolis seruientes et omnis qui amat et facit mendacium 22:16 ego Iesus misi angelum meum testificari uobis haec in ecclesiis ego sum radix et genus Dauid stella splendida et matutina 22:17 et Spiritus et sponsa dicunt ueni et qui audit dicat ueni et qui sitit ueniat qui uult accipiat aquam uitae gratis 22:18 contestor ego omni audienti uerba prophetiae libri huius si quis adposuerit ad haec adponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto 22:19 et si quis deminuerit de uerbis libri prophetiae huius auferet Deus partem eius de ligno uitae et de ciuitate sancta et de his quae scripta sunt in libro isto 22:20 dicit qui testimonium perhibet istorum etiam uenio cito amen ueni Domine Iesu 22:21 gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus